



NOS PHILIPPVS

DEI GRATIA REX ^{de} Cast.

*Aragonum Legionis utriusque Sicilia Hierusalem
Portugalia Hungaria Dalmatia Croatia Navarra Granata Iolebi Valentia
Cibitia Maioricarum Hispanis Sardinia Corsica Murcia Genovis
Algaroy Algezira Gibraltaris Insularum Canaria, nec non Indiarum Ori-
entalium et Occidentalium Insularum, ac Terra firma maris Oceani Archi-
dux Austria Dux Burgundia Brabantia Mediolani Athenarum, et
Neopatria Comes Absurgij Flandria Stiria Barzinona Rosilionis, et
Ceritanie Marchis Oristani, et Comes Goceani. Cum ob mortem Vidaci
Andrea de Camarena vacet officium Baiuli nostre Comitatus Turbis
in predicto nostro Aragonum Regno, antequam exeritium, et possessionem
illius habuisset, quamvis in eo disposerat virtute nostri Regij Privilegij
Lambertus Andreas de Camarena eius Pater vita functus. Attendentes igitur
ad hoc, ad meritumque, et illorum servitia deprecuimus illud fidei ac Nobis
dilecto Vidaco Andrea de Camarena filio Vidaci et Nepoti Lamberti in
minori etate constituto concedere, et assignari, cum hoc quod illi inserviat, dum
perfectam acquisierit Philippus Martin, et de la Sierra Matris ex parte
Nostri, in quo etiam servitia Nobis grata, merita, et partes, que possent
desiderari, concurrunt. Tenore praesentis de nostra certa scientia Regiam*

auctoritate deliberata et consulto dicto Didaco Andree de Samarena, cum
tempus sufficiens ad illius exercitium adimpleuerit, nullis alio a Nobis expectato
mandato, nec prouisione, nisi tantum ea, qua necessaria fuerit ad aprobationem
sufficientia persona per nostrum S. S. R. Regnorum Corona Aragonum Con-
siliu[m] qua procedere debeat, et durante eius minori etate prefato Philippo
Martin, et dela Sierra dictum officiu[m] Bauili nostre Comunitatis Turolis
in supradicto nostro Aragonum Regno, unicuique respectiue, et suo casu con-
cedimus committimus et fiducialiter commendamus. Ita quod tam Didacus
Andreas de Samarena, quam Philippus Martin et dela Sierra suo in casu
respectiue sit Bauilus nostre Comunitatis Turolis, ipsiusque officiu[m]
regat, exerceat, et administret fideliter legaliter, atque bene, ea omnia et
singula faciendos, et labere exercendos, que ad dictum officiu[m], eiusque plenum
usum, et exercitium pertinere quouis modo dignoscantur, habeatque percipiat,
et conuequatur, suisque usibus, et utilitatibus aplicet salarium annuum dicto
officio assignatum, abique salaria, iura, lucra, obuentiones, et emolumenta
ad illud debite pertinentia, et spectantia, gaudeatque utatur et fruatur om-
nibus et singulis Priuilegijs, gratijs, honoribus, prerrogatiuis, et immunitati-
bus, qua et quibus dictus Lambertus Andreas de Samarena, et alij in dicto
officio predecessores percipere, utique frui, et gaudere consueuerunt, potue-
runt, et debuorunt usquequaque, subijciaturque oneribus eidem incum-
bentibus. Verum antequam unusquisque illorum suo in casu eodem utatur
iurare debeat respectiue in posse illius ad quem spectet se bene fideliter
et legaliter habiturum, et alia facturum, ad qua obligatus sit, et astric-
tus. Serenissimo propterea Philippo Iouuigi Asturiarum et Secunde
Ducique Calabriae et Montis Alci filio primo genito nostro Charissimo,
ac post felices et longabos dies nostros in omnibus Regnis et Dominijs
nostris (Deo propitio) immediato heredi, et legitimo successori intentum age-
rientes nostrum, sub paterna benedictionis obtentu, dicimus eumq. rogamus.

Admodum vero Reuerendo in Christo Patri Archiepiscopo Casaraugustano,
à nostro Consilio status Locumtenenti et Capiteo Generali nostro Mag-
nifico dilectisque Conuiliaris et fidelibus nostris Regenti Cancellariam et
Doctoribus nostra Regie Audientie Regenti officium nostra Generalis
Gubernationis, et eius ordinario Assori Iustitie Aragonum, et eius
Locumtenentibus, Baudo Generali, Magistro Nationali, Aduscato et
Procuratoribus fiscalibus et Patrimonialibus Salmetinis Merinis supra-
iunctarijs, Iustitijs, Iuratis, Aguazirijs, Vigarijs, et Portarijs, ceterisque
demum vniuersis et singulis officialibus et subditis nostris maioribus et
minoribus in dicto nostro Aragonum Regno constitutis et constituendis
dictorumque officialium Locumtenentibus seu officia ipsa regentibus et
subrogatis quouis modo presentibus, et futuris dicimus et mandamus ad in-
cursum nostra Regie indignationis, et ire, pena que florenorum auri Ara-
gonum mille nostris Regie inferendorum exarijs quatenus dictos Viduum
Andream de Samarena et Philippum Martinum de la Sierra et unumquemque
illorum suo in casu respectiue pro Baudo dicta Comunitatis Turolis dicta
nostra mera et libera voluntate durante habeant teneant reputent honori-
ficient atque tractent, et illi ad quos spectet in possessionem dicti officij illos (ut
est dictum) ponant et inducant, positosque et inductos manteneant
et defendant contractantes, de que salarijs iuribus, lucris et emolumentis
predictis integre respondeant, seu faciant per quos deest plenarie responderi,
Cauti seuis agere fieri, ve permittere, ratione aliqua siue causa, si dictus
Serenyssimus Princeps nobis morem gerere, ceteri vero officialis et
subditi nostri predicti gratiam nostram charam habent, ac preter
ira et indignationis nostre incursum penam prepositam capiunt

La H.

curare. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nostro
Regio communi sigillo in pendenti munitam. Datis. In oppido nos-
tro Matriti - die Vigesima sexta mensis Junij anno à Nativitate Do-
mini millesimo sexcentesimo sexagesimo. Regnorumque eor-
um quadragesimo.

[Handwritten signature]

v. Don Christ. Crespi vicec.

v. C. de Robres
v. Don P. Villacampade
v. Marta R.

v. Marchus de las
In officium Aragonum ix. fol. xxv.

Domino Rex mandavit mihi Hiero-
nimo Villanueva Procy. visa
per Don Christ. Crespi Vicec. Comi-
tus de Robres Et Albaterra Villacampa
Castelni Marta Marchionem illa.
viza et Suyo ac meffond. *[Signature]* v. Comes de Alcatraz
v. Don G. cony. de cubilla

v. Don Joseph de Suyo
v. Villanueva

Maj. haze nom à Diego Andres de la marina de officio de Bayle de la Comunidad
de Toruel que vaca por muerte de Diego Andres de la marina su Padre que durante
su menor edad lo sirva Phelipe Martin de la Sierra su Abuelo

[Handwritten signature]
[Handwritten signature]

Consultado.